| Achilles. | 96 | Niobe sive lo. | 145 |
| Qui ad Ttoiam, & quot nauibus ierunt. | 97 | Proserpina. | 146 |
| Iphigenia. | 98 | Curtus Triptolemi. | 147 |
| Auge. | 99 | Vulcanus, Harmonia. | 148 |
| Teuthras. | 100 | Epaphus. | 149 |
| Telephus. | 101 | Titanomachia. | 150 |
| Philoctetes. | 102 | Ex Typhone & Echidna geniti. | 151 |
| Protesilaus. | 103 | Typhon. | 152 |
| Laodamia. | 104 | Deucalion & Pyrrha. | 153 |
| Palamedes. | 105 | Phaeton Hesiod. | 154 |
| Hector. | 106 | Iouis filii. | 155 |
| Armorum iudicium. | 107 | Solis filii. | 156 |
| Equus Troianus. | 108 | Neptuni filii. | 157 |
| Ilione. | 109 | Vulcani filii. | 158 |
| Polyxena. | 110 | Mattis filii. | 159 |
| Hecuba. | 111 | Mercurii filii. | 160 |
| Prouocantes. | 112 | Apollinis filii. | 161 |
| Quem quis occidit. | 113 | Herculis filii. | 162 |
| Græci quo occiderunt. | 114 | Amazones. | 163 |
| Troiani quo occidetunt. | 115 | Athenæ. | 164 |
| Nauplius. | 116 | Marlys. | 165 |
| Clitemnestra. | 117 | Erichthonius. | 166 |
| Proteus. | 118 | Eber. | 167 |
| Orestes. | 119 | Danaus. | 168 |
| Iphigenia Taurica. | 120 | Amimone. | 169 |
| Chryses. | 121 | Filiæ Danai, quæ quos occider. | 170 |
| Aletes. | 122 | Althea. | 171 |
| Neoptolemus. | 123 | Oeneus. | 172 |
| Reges Achiuorum. | 124 | Qui ad aptū Calydoniū ierūt. | 173 |
| Odyssæa. | 125 | Meleaget. | 174 |
| Vlyssis agnitione. | 126 | Agtius. | 175 |
| Telegonus. | 127 | Lycaon. | 176 |
| Augures. | 128 | Callisto. | 177 |
| Oeneus. | 129 | Europa. | 178 |
| Icarus, Erigone, & Canis | 130 | Semele. | 179 |
| Nysus. | 131 | Aetæon. | 180 |
| Lycurgus. | 132 | Diana, & Canum nomina. | 181 |
| Hammon. | 133 | Oceani filiæ. | 182 |
| Tyrheni. | 134 | Equorū Solis & Horarū nia. | 183 |
| Laocoön. | 135 | Pentheus & Agaue, | 184 |
| Polyidus. | 136 | Athalanta. | 185 |
| Merope. | 137 | Melampe. | 186 |
| Philyra. | 138 | Alope. | 187 |
| Cutetes. | 139 | Theophane. | 188 |
| Python. | 140 | Procris. | 189 |
| Sirenes. | 141 | Theonoë. | 190 |
| Pandora. | 142 | Rex Midas. | 191 |
| Phoroneus. | 143 | Hydon, Hyas alii. | 192 |
| | | Harpalycus. | 193 |
| | | Ation. | 194 |

I N D E X.

| | | | | |
|---|-----|-----------------|-----|---|
| Arión. | 194 | Orion. | 195 | Qui filios in epulis consumipser. 248 |
| Pan. | 196 | Venus. | 197 | Qui à canibis consumpti sunt. 247 |
| Nísa. | 198 | Scylla altera. | 199 | Qui ab aro percussi, interierunt. 248 |
| Chione. | 200 | Antolycus. | 201 | Faces sceleratae. 249 |
| Coronis. | 202 | Daphne. | 203 | Quadrige quae rectores suos perdiderunt. 250 |
| Nyctimene. | 204 | Arge. | 205 | Qui ab inferis tederunt. 251 |
| Harpalyce. | 206 | Macateus. | 207 | Qui lacte fetino nutriti sunt. 252 |
| Rhodos. | 208 | Cytene. | 209 | Quae contra fas concubuerunt. 253 |
| Hecatea. | 210 | Herse. | 211 | Quae piæ fuerunt, uel quipii. 254 |
| Endymion. | 212 | Atys. | 213 | Quae impiaæ fuerunt. 255 |
| Narcissus. | 214 | | | Quae castissimæ fuerunt. 256 |
| Hermaphtoditus. | 215 | | | Qui inter se amici & coniunctissimi fuerunt. 257 |
| Eurydice. | 216 | Maleas. | 217 | Atreus & Thyestes. 258 |
| Hyacinthus. | 218 | Archelaus. | 219 | Lynceus. 259 |
| Cura. | 220 | Septē Sapiétes. | 221 | Etyx. 260 |
| Septem Lyrici. | 222 | | | Agamemnon, qui Dianæ cœtuam ignarus occidit. 261 |
| Septem opera mirabilia. | 223 | | | Noctua. 262 |
| Qui facti sunt ex mortal. immort. 224 | | | | Ceres. 263 |
| Qui primi templo deorū constit. 225 | | | | Qui fulmine ieci sunt. 264 |
| Quæ mortal. cū Ioue cōcubuer. 226 | | | | Qui à Neptuno perierunt, uel à Mercurio, uel à Minetua. 265 |
| Quæ cum Apolline. | 227 | | | Qui ab Apolline perierunt. 266 |
| Quæ cum Neptuno. | 228 | | | Quæ bellicoſiſſimæ fuerunt. 267 |
| Quæ cum Mercutio. | 229 | | | Qui fortissimi Heroës fuerunt. 268 |
| Quæ cum Libero. | 230 | | | Qui ampliſſimæ fuerunt. 269 |
| Quæ cum Marte. | 231 | | | Qui formoſiſſimæ fuerunt. 270 |
| Quæ cum Aquilone. | 232 | | | Qui ephēbi formoſiſſimæ fuerunt. 271 |
| Quæ immortales cum immortalibus concubuerunt. | 233 | | | Iudicia patricidatum, qui in Ateopago causam dixerunt. 272 |
| Qui pātēs suos occiderunt. | 234 | | | Qui primi ludos fecerunt usq; ad Aeneam quintumdecimum. 273 |
| Qui mātēs suās occiderunt. | 235 | | | Qui quid inuenit. 274 |
| Qui frātēs suos occiderunt. | 236 | | | Oppida qui quæ condidētūt. 275 |
| Pātēs qui filios suos occidētūt. | 237 | | | Insulæ maximæ. 276 |
| Qui filiās suās occidētūt. | 238 | | | Retum inuentores primi. 277 |
| Mātēs quæ filios interfecētūt. | 239 | | | |
| Quæ coniuges suos occiderunt. | 240 | | | |
| Qui coniuges suās occidētūt. | 241 | | | |
| Qui se ip̄sī interfecētūt. | 242 | | | |
| Quæ se ip̄sē interfecētūt. | 243 | | | |
| Qui cognatos suos occiderunt. | 244 | | | |
| Qui sōcētēs & genētēs occider. 245 | | | | |

F I N I S.

LOCORVM QVORUNDAM EMENDATION LECTIO.

Pag. 15. linea 4. Alcmenæ. 30. filio. 38. Oenomati. 39. à Pisistrat. 46. 42. in abenum. 17. 23. & regi. 37. forte legendum atrotos pro Atropos. 45. gessisset. 18. 15. stercus bovine. 21. 7. inuentam in monte. 28. 2. Pelopen. 30. 46. per uinum. 36. 31. cum Piside. 37. 7. Ad Eleatram. 41. ut caueret. 41. 20. Polyidus. 36. quæ in tiliam uersa est. 42. 31. sorore sua. 43. 1. ex Inacho & Argia. 10. 4. 4. 24. altissimus. 45. Zeus & Amphion ex. 45. 19. ex Leodoce. 22. ex Creusa Erichthei filia. quanquam alij Procris Erichthei filia buius uxorem; ipsam uero Creontis Corinthiorū regis filia faciunt. 27. Linus ex Vrania Musa. Aristaeus ex Cyrene. 65. 35. stellæ. 67. 4. ad. 75. 11. antarcticos. 71. 31. fugæ. 18. passerie. 72. 19. labyrinthi. 73. 12. sibi dis restituant. 75. 2. Aeschylus 80. 4. Hesiodus. 82. 22. ab hostibus. 105. 35. mentionē fecimus. 116. 47. hoc padio. 117. 24. atq; naturæ. 139. 5. Soluerat. 32. casaries. 141. 3. Homerus. 148. 2. posuere. quasi obnoxia. 152. 48. referare. 155. 10. Stesimbrotus Thaflus. 35. Sicinium Dentatum. 161. 24. & noni à musis. ut Homerus.

S C I V L I I H Y G I N I A V G V S T I

L I B E R T I F A B U L A R V M L I B E R .



X CALIGINE CHAOS:

Ex Chao & Caligine, Nox, Dies, Erebus, Aether.

Ex Nocte & Erebo fatu, senectus, mors, lethu, continentia, somnus, somnia, id est, Lysimeles, Epiphroth, Dumiles, *Porphy-
tion, Epaphus, discordia, miseria, petulantia, Netnesis, Euphrosyne, amicitia, misericordia, Styx, Parcae tres, id est, Clotho, Las-
chesis, Atropos, Hesperides, Aegle, +Hesperie, Aerica.

Ex aethere & die terra, cælum, mare.

Ex æthere & terra, dolor, dolus, ira, luctus, mendacium, iusitandum, ultius, intemperie,
rattia, alteratio, obliuio, socrisia, timor, superbia, ingestum, pugna, oceanus, The-
mis, tartarus, pontus et Titanes, Briareus, Gyges, Steropes, Atlas, Hyperion, & Ptolomus,
+Saturnus, Ops, Monera, Dionæ, Furiae tres, id est, Alekto, Megera, Tisiphone.

Ex tetra & tartaro. Gigantes, Enceladus, +Coemse, Lentesmophius, Astræus, Pelorus, Pal-
las, *Emphitus, Phorcus, Ienios agrus, *Alemone, *Ephialtes, +Erylus, Effra, *Corydon,
*Pheomis, Theodamas, Othus, Typhon, Polibetes, Menephatus, *Abseus, *Colo-
photius, Iapetus.

Ex ponto & mari piscium genera, Oceanitides, Heslyæ, Meliæ, Janthe, Admeto, filio-
*Pasiphe, Polyxo, Eurynome, Euagoreis, Rhodope, Lytiscitia, *Teschinoëno, Clis-
temnestre, *Piecus, Menippe, Argia. Eiusdem seminis flumina, Strymon, Nilus, Eu-
phrates, Tanais, Indus, Cephisus, Ilissarus, Axenus, Achelous, Simois, Inachus, Al-
pheus, Thymotheon, Scamandrus, Tigris, Meandrus, Orontes.

Ex ponto & terra Thoumas, Tuscius, Cepheus.

Ex Nereo & Dotede Nereides quinquaginta, Glauce, Thalia, Cymodoce, Nesæa, Spio,
Thoë, Cymothoëa, Adea, Limnoria, Melite, Jæra, Amphitrite, Agave, Doto, Protho,
Pherusa, Dynomene, Dexamine, Amphitome, Callianassa, Doris, Poenoë, Gala-
thea, Nimertis, Apseudes, Clymene, Janira, Panopæa, Ianassa, Mæra, Orithya, Aemathia,
Drimo, Xantho, Ligea, Phyllodoce, Cydippe, Lycorias, Cleio, Beroë, Ephyte,
Opis, Asia, Deiopea, Arethusa, Clymene, Crebis, Eurydice Leucothoë.

Ex Phorcus & +Tetona, Phorcides, +Pamphede, Enyo, Chersis. Pro hac ultima, Dino
alii ponunt.

Ex Gorgone, & Ceto, Sthenno, Euryale, Medusa.

Ex Polo & Phœbe, Latona Asterie, *Aphirape, Perseis, Pallas.

Ex Iapeto & Clymene, Atlas, Epimetheus, Prometheus.

Ex Hyperion & Aethra, Sol, Luna, Aurora.

Ex Saturno & Ope, Vesta, Ceres, Iuno, Juppiter, Pluto, Neptunus.

Ex Saturno & Philyra, Chiton, Dolops.

Ex Astreo & Aurora, Zephyrus, Boreas, Notus, Favonius.

Ex Atlante & Pleione, Maia, Calypso, Alcyone, Metope, Electra, Celæno.

Ex Pallante, gigante & flyge, Scilla, uis, inuidia, potestas, uictoria, fontes, lacus.

Ex Neptuno & +Amphitrite, Triton.

Ex Dione & Ioue, Venus.

Ex Ioue & Junone, Mars.

Ex Iouis capite, Minertia.

Ex Junone sine patre Vulcanus.

Ex Ioue & Eurynome, Grata.

Ex Iobæ

Ouidius Mori-
phea, Icelon, et
Phantasmum ap-
pellat.

Hæc, Hespertusa
& Areusa ab
alib dicuntur.

egeias, polus.

Cæus * Opion
fortis, de quo
Orph. apud Ar-
polloniu li.

Eriolas.

Memphis, Apis
fortasse.

Ismenus

Ceto fortasse, sic
enim Hesiodus
babet.

Memphe

Heæ tota pagi-
na in uel. exem-
plari ita uetusla-
te oblitterata &
corrupta erat,
ut præter uerbi
gia literarum, pro-
pemodum nihil
deprehendi cer-
to posset.

Amphitrite.

HYGINI FABVLARVM INDEX.

9

- Ex Ioue rursus & Iunone, Iuuentus, Libertas,
 Ex Ioue & Themide, Horae.
 Ex Ioue & Cerete, Proserpina.
 Ex Ioue & Moneta, Musae.
 Ex Ioue & Luna, Pandion.
 Ex Venere & Marte Harmonia & formido.
 c. Ex Acheloo & Melpomene, Sirenes, *Teles, Raidne, Molphetes, *Tione.
 Ex Ioue & Clymene, Mnemosine.
 Ex Ioue & Maiā, Mercurius.
 Ex Ioue & Latona Apollo & Diana.
 Ex * & terra Python draco diuinus.
 d. Ex Thaumante & * Itis, Harpyæ, Cæleno, Ocypete, Podarce.
 Ex Sole & Persa Circe, Pasiphaë, Aeëta, Perses.
 Ex Aeëta & Clytia, †Medea. Idyā
 Ex Sole & Clymene, Phaëton & Phaëtonides, *Metore, Helie, Etherie, Dioxyppæ.
 Ex Typhone & Echidna, Gorgon, Cerberus, Draco, qui pelleam autem arietis Colchis
 seruabat. Scylla quæ superiorem partem fœminæ, inferiorem canis habuit, quam
 Hercules interemit, Chimera, Sphinx, quæ fuit in Bœotia. Hydra serpens, quæ nouæ
 capita habuit, quam Hercules interemit, & draco Hesperidum.
 Ex Neptuno & Medusa Chrysaor, & equus Pegasus.
 Ex Chrysaore & Cellithoë, Geryon trimembri.

a. Ex Iliados & Vergili⁹ quinto, nominā, ex Hesiodo autem numerū transfluit. Panopæam uero & Clymenen repetit, numerū explendi gratia. Nam apud Hesiodū quinquaginta, sed tamen alijs nominibus recensentur.

b. In uerbo exemplari legebatur ex Pallante gigante, scylla Stygia nis, quæ uerba ex Hesiodō nos transposuimus.

c. Commentarius in Odyss eos p. Telxiepiam, Agloaphemen, Pifinōēn, & Lygiam, uocat, quæ tuorūq; eas facit.

d. Eleætra fortassis addendum, sic enim Hesiodus habet.

S. FABVLA PRIMA

THEMISTO.



THAMAS Aeoli filius, habuit ex Nebula uxore filium Phrixum, & filiam Hellēn: & ex Themisto, Hypsei filia, filios duos, Sphinciū & Orthomēnum: Et ex Ino Cádmi filia, filios duos, Leatchum, & Melicerten. Themisto quod se Ino coniugio priuasset, filios eius *inuenit* interficere uoluit. Itaque in regia latuit clam, & occasionēt nausta, cum putaret se inimicæ natos interfecisse, suos imprudens occidit, à nutrice decepta, quod eis uestem perpetram iniecerat. Themisto cognita re, ipsa se interfecit.

II. Ino.

II. Ino.

INo Cadmi & Harmoniae filia, cum Phrixū & Hellen ex Nebula natos interficere uoluisset, iniit consiliū cum totius generis matronis, & cōiurauit, ut fruges in sementē quas dāret, torreteret, ne nascerentur. Ita ut cū sterilitas & perniciā frugū esset, ciuitas tota partim fame, partim morbo interficeret. De ea tē Delphos mittit Athamas satellitē. Cui Ino p̄tcepit, ut falso responsum ita refertet. Si Phrixū immolasset Ioui, pestilentiae fore finē. Quod cum Athamas se factū abutuisset, Phrixus ultiro ac libens pollicet se unū ciuitatē aerumna liberaturū. Itaq̄ cum ad aetam cum insulis esset adductus, & pater Iouē cōprecati uelle, satelles misericordia adolescen-
tis, Inūs Athamanī consilium patefecit. Rex facinore cognito, uxorē suā Ino, & filium eius Melicerte Phrixo dedidit necandos. Quos cū ad suppliciū duceret, Liber pater ei cā liginē iniecit, et Ino suā nutritiē eripuit. Athamas postea ab Ioue insaniam obiecta, Learchū filiū interfecit. At Ino cū Melicerte filio suo in mare se p̄cipitauit. Quidā Liber Leucosteam uoluit appellari: nos matrē Matutā dicimus: Melicerte autē deū Palæmonē, quē nos Portunū dicimus. Huic v. quoq̄ anno Iudi gymnici fiunt, qui appellantur iōlōgūte.

III. Phrixus.

Phrixus & Hellen insaniam à Libero obiecta, cum in sylla errarent, Nebula mā ter eō dicitur uenisse, & arietem inauratum adduxisse Neptuni et Theophanes filium, eumq̄ natos suos ascendere iussit, & Colchos ad regem Aeetam, Solis filium transire, ibiq̄ arietem Marti immolare. Ita dicitur esse factum. *Quō cum ascendissent, & aries eos in pelagus detulisset, Helle de arietem decidit, ex quo Helleponum pelagus est appellatum. Phrixum autem Colchos detulit. Ibi matri p̄ceptis arietem immolauit, pellemtq̄ eius inauratain in templo Martis posuit. Quām seruante dracōne Jason Aelonis & Alcimedes filius dicitur petuisse. Phrixum autem Aeeta h̄ibens recepit, filiamq̄ + Calliopen dedit ei uxorem. Quām postea liberos ex eo procreauit. Sed ueritus est Aeeta, ne se regno eiicerent, quod ei responsum fuit ex prodigiis: Ab adi-
tiēna Aeoli filio morte caueret. Itaq̄ Phrixum interfecit. At filii eius, Argus, Phrontis, Me-
las, + Cylindrus, in ratem concenderunt, ut ad anum Athamātem transitē. Hos Jason
cum pellemt petet, naufragos ex insula Dia sustulit, & ad + Calliopen matrē reportauit.
Cuius beneficio ad sororem Medeam est commendatus.

IV. Ino Euripidis.

Athamas in Theffalia tex cum Inonem uxorem, ex qua duos filios petisse pataret, duxit Nymphæ filiam Themistonem uxorē, ex ea geminos filios procreauit. Postea resciit Inonem in Patnaso esse, + quā bacchationis causa eō peruenisse. Misit qui eā adducerent. Quām adductam celauit. Resciit The-
misto eam inuentam esse, sed quā esset nesciebat. Cœpit uelle filios eius necare. Rei con-
sciā, quam captiuam esse credebat, ipsam Inonem sumpfit, & ei dixit, ut filios suos can-
didis uestimentis operiteret, Inonis filios nigris, Ino suos candidis, Themistoni pullis op-
posuit. Tunc Themisto décepta, suos filios occidit. Id ubi resciit, ipsa se necauit. Atha-
mas autem in uenatione per insaniam Learchū thaloretum filium suum interfecit. At
Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit, & dea est facta.

V. Athamas.

SEmele, quod cum Ioue concubuerat, ob id Iuno toto generi eius fuit infesta. Itaq̄ Athamas Aeoli filius, per insaniam in uenatione filium suum interfecit sagittis.

VI. Cadmus.

CAdmus Agenoris & Agrisopēs filius, ira Martis quod draconem fontis Castalii cu-
stodem occiderat suorum prole interempta, cum Harmonia Venetis & Mattis fa-
lia uxore sua in Illytiæ regionibus, in dracones sunt conuersi.

VII. Antī-

Argyopes, ita à
Pherecyde dis-
citur.

Antiopa Nyctei filia, ab Epapho per dolum est stuprata. Itaque à Lyco viro suo electa est. Hanc uidiuam Iuppiter compressit. At Lycus Dircen in matrimoniu duxit, cui suspicio incidit, uitum suum clam cum Antiopa contubuisse. Itaque imperauit famulis, ut eam in tenebris uincetam clauderent. Cui postquam partus instabat, effugit ex uinculis Iouis uoluntate, in montem Cytheronem. Cumque partus premeret, & quereret ubi pateret, dolor eam in ipso bivio coegerit partum edere. Quos pastores pro suis educarunt, & appellauint Zetum, από τοῦ ζετού τόπου. Alterum autem Amphionem, ὅτι εψιλόν, ὅτι αμφὶ ὄσλον αὐτὸν ἐτέκευ, id est, quoniam in bivio eum edidit. Qui postquam matrem agnouerunt, Dircen ad taurum indomitum deligatam uita priuarunt. Ex cuius corpore in monte Cytherone fons est natus, qui Dirceus est appellatus, beneficio liberi, quod eius baccha fuerat.

Epopeo, ut in
Corinth. Paus.

Videtur deesse,
peperitque gemel
los, aut similes.

VIII. Eadem Euripidis quam scribit Ennius.

Nyctei regis in Boeocia fuit filia Antiopa. Eius formę bonitate Iuppiter addidit, & grauidam fecit. Quam pater cum punire uellet propter stuprum, ministans periculum, Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa peruenierat, Epaphus Sicyonius stabat. Is mulierē aduectam domo, matrimonio suo iunxit. Id Nyctaeus ægre ferens, cum moretetur, Lyco fratri suo per obtestationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne impune Antiopa ferret. Huius post mortem Lycus Sicionem uenit, interfecto Epapho, Antiopam uincitā adduxit in * Cytheronem, patit geminos, & reliquit. Quos pastor educauit, Zetum & Amphionē nominauit. Antiopa Dirce uxori Lyci data erat in cruciatum, ea occasione nacta, fugae se mandauit. Deuenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitiuam, non recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi illuc delata est, ibi Antiopam repertam, ad mortem extrahebat. Sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celestiter consecuti matrem, etiuerunt. Dircen ad taurum crinibus teligata, necant. Lycum cum occidere uellent, uetus eos Mercurius, & simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.

Epopeus

IX. Niobe.

AMphion & Zetus Iouis & Antiope Nyctei filii, iussu Apollinis Thebas in muro circuicinxerunt usque ad * Semedustum Laiumque Labdacis regis filium in exiliū eiecerunt. Ipsi ibi regnum obtinere coepertint. Amphion in coniugium Niobā Tantali & Dionei filiā accepit. Ex qua procreauit liberos septem, totidemque filias. Quem partum Niobe Latoniæ anteposuit, superbiusque locuta est in Apollinē & Diana. Quod illa cincta uiri cultu esset, & Apollo uestem deorsum*, atque trinitus, & se numero filiorum Latonā superare. Ob id Apollo filios eius in sylua uenantes, sagittis interfecit in monte Sipylo. Et Diana filias in regia sagittis intertemit, præter Chloridē. At genitrix libetis orba flendo lapidea facta esse dicitur in monte Sipylo. Eiusque hodie lachrymæ manere dicuntur. Amphion autem cum templum Apollinis expugnare uellet, ab Apolline sagittis est interfactus.

inædificatum
sortasse

Videtur deesse,
haberet, aut si
mille uerbum.

X. Chloris.

Chloris in urbe Seti Amphionis filia, quæ ex septem superauerat. Hac habuit in coniugem Neleus * Hippocoontis filius. Ex qua procreauit liberos, inasculos xii. Hercules cum Pylum expugnaret, Neleum interfecit, & filios eius decem, undecimus autem Periclymenis beneficio Neptuni aui in aquilæ effigiem commutatus, mortem effugit. Nam duodecimus Nestor in Ilio erat, qui tria secula uixisse dicitur beneficio Apollinis. Nam quos annos Chloris & fratrum, Apollo etiuerat, Nestori concessit.

Homerus tamē
nō huius, sed al-
terius Amphio-
nis, qui fuit Ias-
sij, filiā uideat
facere, Odysseus

XI. Niobidae.

Letta, Tantalus, Ismenius, Eupinus, Phædimus, Sipulus, Chiade, Chloris, Astygratia, Siboe, Sictorius, Eudoxa, Archenor, Ogygia. Hi sunt filii, & filiae Niobæ uxoris Amphionis. Non modo corrupta, bac, sed etiam transposita nomina uidentur, sic enim ab alijs recentur: filiorum scilicet, Archemorus, Tantalus, Ismenius, Epinicus, Phædimus, Sipylus, & Damasichthon: filiarum autem: Chloris, Astygratia, Pelopia, Neara, Cleodoxe, Ogygia, & Clytia. Et erant quoque in uetus exemplar. quædā literæ, & pro ijs aliæ ab uidorio, ut appetat, quopiam repositæ.

XII. Pelias

XII. Pelias.



Eliē Cretei & Tyrris filio tesponsum erat, ut Neptuno sacrūtū faceret. Et si quis monocrepis, id est, uno pede calciatus superuenisset, tum morte eius appropinquate. Is cum annua sacra faceret Neptuno, Jason Aesonis filius, fratis Peliae, cupidus sacra faciendi, dum flumen Euhenum transiret, calciatremū reliquit: quod ut celeriter ad sacra ueniret, neglexit. Id Pelias in spicis, memot sortium praecepti, iussit eum pellem arietis, quam Phryxus Marti sacraverat, in auratam, Colchis ab tege Aeeta hoste petere. Qui contuocatis Greciae ducibus, Colchos est profectus.

XIII. Ionō.

Apollonius An/
aurum uocat eū
fluum.



Vno cum ad flumen + Euhenum in anum se cōuertisset, & staret ad hominū mentes tentandas, ut se flumen Euhenum transferrerent. Et id nemo uellet, Jason Aesonis & Alcimedes filius eam transtulit. Ea atiē irata Peliae, quod sibi sacrum intemiseta facete, effecit ut Jason unā crepidam in limo relinqueret.

XIV. Argonautæ contuocati.



Aeson Aesonis filius & Alcimedes Climeni filiae, & Thessalorum dux. Oepheus Oeagri & Calliopes Musæ filius, Thrax, urbe *Flevia, quæ est in Olympo monte, ad flumen Enipeum, Martis cytharista. Asterion Pytes mi filius, matre Antigona Pheretis filia, ex urbe Peline. Alii aiunt Ptisci filii, urbe Pitesia, quæ est in radicibus Phyllæ montis, qui est in Thessalia. Quid loco duo flumina, Apidanus, & Enipeus, separatim proiecta, in unum conuentiunt. Poslyphemus, Elati filius, matre Hippæ Antippi filia, Thessalus, ex urbe Larissa, pedibus ratus. Iphiclus Phylaci filius, matre Petriclythene Minyæ filia, ex Thessalia, aunculus Jasonis. Admetus Pheretis filius, matre Petriclymene, *Mitois filia, ex Thessalia, mōte Calcondonio, unde oppidū & flumen nomen traxit. Huius Apollinem pecus patuisse sentunt. Eutytus & Echion, Mercurii & + Antreatæ Mereti filiae filius, ex urbe Alope, quæ nunc uocatur Ehefus. Quidā autores Thessalos putant. Ethalides Mercurii & Eupolemiae Mirmydonis filiae filius. Hic fuit Latissenus, urbe Gytone, quæ est in Thessalia. Hic ostendit nullo modo Centauros ferro se posse uulnare, sed truncis arborū in cuneum adactis. *Cæneus Elati filius, Magnesius, hunc nonnulli scemina fuisse dicunt. Cui petenti, Neptunū propter connubium optatum dedisse, ut in iuuenile specie cōuersus, nullo iuctu interfici posset, quod est nunq̄ factū, nec fieri potest, ut quisq̄ mortalis non posset ferro necati, aut ex muliere in virum converti. Mopstis Ampyci & Chlotidis filius. Hic augurio doctus ab Apolline, ex Oechalia, uel ut quidā putat, *Lypatensis. Eurydaimas Iri & Demonassæ filius. Alii aiunt Ctimeni filiu, qui iuxta lacū Xynium *Dolopeidē urbem inhabitabat. Theseus Aegei & Aethra Pytthei filiae filius, à Trzœnē, alii aiunt ab Athenis. Pitythous Ixionis filius, frater Centaurorū, Thessalus. Menœtius Astoris filius. *Amponitus. *Eribotes Teleontis filius. *Ameleon. Eurytion, Iri & Demonassæ filius. Ixition ab oppido *Cetintho. Oileus Leodaci & Agrianoimes Perseonis filiae filius, ex urbe Naricea. Alii aiunt ex Eubœa. Clytius, & Iphitus, Euryti & Antiope Pylonis filiae filius, reges Oechaliæ. Hic concessa ab Apolline sagittatum scientia cum auctore munetis contendisse dicitur. Huius filius *Clytius ab Aeeta intersectus est. Pæleus & Telamon Aeaci & Pæneidos *Ceptionis filiae filii, ab Aegyna insula. Qui ob cædem Phoci fratribus, relictis sedibus suis, diuersas petierunt domos. Pelæus Phthiam, Telamon Salaminam, quam Apollonius Rhodius *Attida uocat. Butes Teleontis & Zeuxippes Eridani fluminis filiae filius, ab Athenis. Phaleros Alcontis filius ab Athenis.

Tiphys Phorbantis & Hymanes filius, Boëtius, is fuit gubernator nauis Argo.

Argus

Pymplea, for/
tafis, sic enim
Apollonius.
Cometae alijs, ut
Apoll. et Orph.

Clymene
Ita quidem ues-
tus sum exēplar
habet, sed arbi-
tror subditissim,
pro Minyæ esse,
et à prox. repe-
titum.
Laoiboes, sic a
enī Orpheus.

Titaresius, sic e/
nim Apollon.
Apud Apoll. Do-
lopes gētile est,
proprium autē
Ctimene.
Canibus, ut
Apolloniū. b
Euriū, uide
Apolloniū li. i.
Flaccus, nō cly-
tium, sed Iphitū
in Colchis pe-
riſſe tradit.
Endeidos, Chi-
ronis alijs.

Argus Polybi & Argiae filius, alii aiunt Danai filium, hic fuit Argius pelle taurina lanu **Apoll. Arestoris**
gine adopertus, is fuit fabricator nauis Argo. Phliasus Liberi Patis, & Ariadnes Minois filium facit
filiæ filius, ex urbe Phliunte, quæ est in Peloponneso, alii aiunt Thebanum. Hercules Ios **Alys autem Phlias**
uis & Alcimene Electyonis filia filius, Thebanus. Hylas Theodamatis & Menodices
Nymphæ Oeonis filia filius, Ephoebus, ex Oechalia: alii aiunt ex Argis comitem Herculis.

Nauplius Neptuni & Amymones Danai filia filius, Argius. Idmon Apollinis &
† Cyrene Nymphæ filius, quidam Abantis dicunt, Argius. Hic augurio prudens, quæ
uis prædicentibus aubus, morte sibi denuntiati intellexit, fatali tamen militia non de-
fuit. Castor & Pollux Iouis & Ledæ Thestii filia Lacedæmonii, alii Spartanos di-
cunt, uterq; imberbis. His eodem quoq; tempore stellæ in capitibus ut uiderentur, acci-
dissæ scribitur. Lynceus & Idas Apharei, & Atrenæ Bibali filia filii, Messenii ex Pelopo-
neso. Ex his Lynceus sub terra quæq; latentia uidisse dicitur, neq; ulla caligine inhibe-
batur, alii aiunt Lynceum noctu nullū uidisse. Idem sub terra solitus cernere dictus est,
ideo quod autifodinas norat: cum descendebat, & autū subito ostendebat, ita rumor
sublatus, eum sub terra solitū uidere. Item Idas acer, ferox. Periclimenus Nilei et Chlo **Aleibabet Apol.**
tidis Amphinois & Niobes filia filius, hic fuit Pylius. Amphidamus et Cepheus †Egei **Eleus, matrem**
& Cleobules filii de Arcadia. Ancaeus Lycurgi filius, alii nepotem dicunt, Tegeates. **aūt alijs Hyrmis**
Augeas Solis & Naupidames Amphidamatis filia filius, hic fuit electus. Asterion et **nēn uocant**
Amphion †Ypetacli filii, alii aiunt Hipasi, ex Pellene. Euphemus Neptuni & Europes **Hyperasij Apol.**
† Tityi filia filius, Tænatius. Hic super aquas sicco pede cucurritse dicitur. Ancaeus alter **Apoll. aūt Poly,**
Neptuni filius, matre Alta Cathesti filia, ab Imbrasō insula, quæ Parthenia appellata est, **phemum uocat**
nunc aūt Samos dicitur. Erginus Neptuni filius, à Mileto quidam Periclimeni dicunt, **c**
Orchomenius. Meleager Oenei & Altheæ Thestii filia filius, quidam Martis putant, Ca-
lydonius. Laocoön Porthaonis filius Oenei frater, Calydonius. Iphiclus alter Thestii
filius, matre Leucippe Altheæ frater, ex eadē matre, Lacedæmonius. Hic fuit Arcastcursor, **Credo legendū,**
iactulator. Iphitus Nauboli filius Phocesis, alii Hippasi filii, ex Peloponese fuisse dicunt. **artificiosus, aut**
Zetes & Calais Aquilonis uenti & Otithyæ Erichthei filia filii. Hi capita pedesq; pen- **simile quiddam**
natos habuisse feruntur, crinesq; ceruleos, qui peruo aëte usi sunt. Hi aues Harryas tres
Thaumantis & † Ozomenes filias Alopien, Acheloén, † Ocypteten fugauerunt, à Phineo **Elegaræ Hesiod.**
Agenoris fileo, eodem tempore quo Iasoni comites ad Colchos proficiscebantur. Quæ
inhabitabat insulas Strophadas in Aegeo mari, quæ Plotæ appellatur. Hæ fuisse dicun-
tur capitibus gallinaceis, pennatæ, alasq; & brachia humana, unguibus magnis, pedi-
busq; gallinaceis, pectus album foeminag; humana. Hi autem Zethes & Calais ab Her-
cule telis occisi sunt. Quorum in tumulis superpositi lapides flatibus paternis mouetur.
Hi autem ex Thracia esse dicuntur. †Focus & Priasus Cænei filii ex Magnesia. Eury **Phocæs**
medon Liberi Patis & Ariadnes Minois filia filius, à Phliunte. Palamonius Lerni fi-
lius, Calidonius. Actor Hippasi filius ex Peloponese. Thersanon *Solis & Leucothoës
filius ex Andro. Hippalcimos *Pelopis & Hippodamia Enomai filia filius, ex Pelo-
poneso Apis. Asclepius Apollinis & Coronidis filius. Attiacha *Thestii filia, Argiu-
sus. Mileus Hippocoontis filius, Pylius. Iolaus Iphidi filius, Argius. Deucalion
Minois & Pasiphæs Solis filia filius, ex Creta. Philoctetes Poëantis filius, à Melibœa.

Ceneus alter Coronis filius Cotyna. Acastus Peliae & Anaxabiæ Dymatis filia filius,
Ex Iolcho, dupli pallio coopertus. Hic uoluntarius Argonautis accessit, sponte sua co-
mes Iasonis. Hi autem omnes Minyæ sunt appellati, uel quod plurimos eorum filia
Minyæ pepererunt, uel quod Iasonis mater Clymeni & Minyæ filia erat. Sed neq; Col-
chos omnes peruererunt, neq; in partiam regressum habuerunt. Hylas enim in Moesia,
à nymphis iuxta Cion, flumenq; Ascanium raptus est, quæ dum Hercules & Poliphe-
mus requirunt uento rapta nauis deserti sunt. Polyphemus ab Hercule quoq; relatus, cō-
dita in Moesia ciuitate, perit apud Chalibas. Thiphys aūt morbo absumptus est, in Ma-
tiandinis in Propontide, apud Lycum regem, pro quo nauem texit Colchos, Ancaeus

**Alcimedæ Cly-
menes quæ fuit,
Minyæ filia ei-
rat. Apoll.**

Nepturi filius. Idmon autem Apollinis filius ibi apud Lycum cum stramentatum existet, ab apero percussus decidit, ultius Idmonis fuit Idas Apharei filius, qui aperum occidit. Butes Teleontis filius, quāuis cantibus et cithara Orpheia uocabatur, uictus tamē est dulcedine Sitemum, & nataturus ad eas in mare se præcipitauit. Eum Venus delatū fluxibus Lilybeo seruauit. Hi sunt qui non peruenerūt Colchos. In reuersione autem peccatorū Euribates Teleontis filius, & Cantus Cetontis filius intersecti sunt, in Lybia à parte Cephalione Nasamonis fratre, filio Tritonidis nymphæ & Amphitemidis, cuius *fuste pecus depopulabatur. Mopsus autem Amyci filius ab serpentis morsu in Africa obiit. Is autem in itinere accesserat, comes Argonautis, Amyco patre occiso. Item accesserunt ex insula Dia Phœtix et Chalciopes Mede sororis filii, Argus, Melas, Phrontides, Cytorus alijs lindus, ut alii aiūt uocitatos, Phronius, Demoleon, Autolycus, Philogius. Quos Hercules cum eduxisset habiturus comites, dum Amazonū balteū petit, reliquit tetrore percussos, à Dascylo regis & à Dascylo qui regis Mansuaden filia. Hi autem cum exiret ad Colchos, Herculem dum facere uoluerunt. Ille abnuit, sed potius Iasonem fieri oportere, cuius opera exitent omnes: dux ergo Iason regnauit. Faber Argus Danai filius, cuius post mortem texit nauem Antaeus Neptuni filius proreta nauigauit Lynceus Apharei filius, qui multum uidebat. Tutarchi autem fuerunt Zetes & Calais Aquilonis filii, qui pennas & in capite & in pedibus haberunt. Ad proram & temos sederunt Peleus & Thelamon, ad pitulum sederunt Hercules & Idas. Cæteri ordinem seruauerunt. Celeuma dixit Orpheus Oeagri filius. Post, relicto ab Hercule loco eius sedit Peleus Aeaci filius. Hec est nauis Argo, quam Minerua in sideralem circulum retulit, ob hoc quod ab se esset ædificata, ac primum in Pelagus deducta est, hæc nauis in astris appetens à gubernaculo ad uelum. Cuius spatiem ac formam Cicero in Phænomenis exponit his uerbis.
 At canis ad caudam serpens prælabitur Argo,
 Conuersam præ se portans cum lumine puppim.
 Non aliae naues ut in alto ponere proras
 Ante solent tostris Neptunia prata fecantes,
 Sicut cum coeptant tutos contingere pottus
 Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ,
 Aduersamq[ue] trahunt optata ad littora puppim,
 Sic conuersa uetus super æthera labitur Argo.
 Diuerso lumine fulgens Clati posteriora canis uestigia tangit.
 al. condit Hæc nauis habet stellas in puppe quatuor, in gubernaculo dextro quinque, in sinistro quatuor, consimiles inter se omnino tredecim.
 Videntur hæc corrupte legi, et ad sequentem potius Ceneū referri debere. Sic enim Apollon. ex quo hue multa ad uerbum etiam translatā reperias. Κανία χρόνοι περὶ την κλείστρην αὐτοῖς πεντάρροτην ὀλένην, οὗτοι σφίς οἱ ἄλλωρ ἡλιας ἀριστούρων, οἱ δὲ ἵπποι τριμενίτες, οὐτε μηρὸν ἴγκλινη προτύρων θύρων, οὐτε δοξίσαι. ἀλλ' ἐξεπενθετούσαι μητρούς ιδύσσοντες τοῖς θυσίαις θεοῖς μετέπειπον. Τοῦ de codem in commentario ferè eadem uerba sequuntur, quæ hic de Neptuno & munere eius citatur. Quanq[ue] Apollon. nō ipsum Cæneā, sed Cænei filium Coronū cum Argonautis profectū dicit. b. Apollonius non hunc sed Canthum ex Euboëa uenisse ait, uidetur ergo transposita clausula hæc esse à librario. c. Comment. Apollonij Astypalea Phoenicis filiae, cæterum Apollonius nō uocat Imbrasiam insulam proprio nomine, sed epitheto, ab Imbraso fluvio, qui postea Parthenius dictus est (ut Com. ibidem ait) eo quod iuxta eum iuno cum uirgo etiam esset, nuptia fuerit. Hæc enim uerba sunt ΙΔΙΑΙΜΠΡΑΣΙΝΩΝ, ΙΔΑΟΙΗΠΕΙΑΙΜΠΡΑΣΙΝΩΝ ἀπλατιδες.

X V . Lemniadæ.



In insula Lemno mulieres Veneti facta aliquot annos nō fecerant, cuius ira uiri earum Thressas uxores duxerunt, & priores spreuerunt. At Lemniades eiusdem Veneris impulsu coniuratæ, genus uitorum omne quod ibi erat interfecerunt, præter Hypsipylem, quæ patrem suum Thoantem clam in na-
 cenciam Apol. uem imposuit, quem tempestas in insulam Tauricam detulit, interim Argonautæ præ-
 habeant nauigantes, Lemnū accesserunt. Quos ut quidit Iphinoë, custos portarum, nūquauit Hypsipylæ teginæ,

leginæ cui Polixo ætate cōstituta dedit consilium, ut eas latibus hospitalibus obligaret, hospitio inuitaret. Hypsipyle ex Iasone procreauit filios Eunæum & Deiphilum. Ibi cum plures dies retenti essent, ab Hercule obiurgati discesserunt. Lemniades autem postquam scierunt Hypsiplen patrem suum seruasse, conatae sunt eam interficere, illa fugæ se mandauit. Hanc prædones exceptam Thebas deportarunt, & regi Lyco in seruitium uendiderunt. Lemniades autem quæcumq; ex Argonautis conceperunt, eorum nomina filii suis imposuerunt.

Thoætæ, Statius

Lycurgo ali

XVI. Cyzicus.

Cyzicus Eusoti filius rex in insula Propontidis Argonautas hospitio liberali Apoll. Aenei fi, excepit. Qui cum ab eo discessissent, totumq; diem nauigassent, nocte tempestate orta ad eandem insulam ignari delati sunt. Quos Cyzicus hostes per lasgos arbitrans esse, cum eis noctu in littore arma contulit, & ab Iasone est interfactus. Quod postero die cum prope littus appropinquasset, & uidisset se regem intefecisse, sepulturæ eum tradidit, atq; filii regnum tradidit.

XVII. Amycus.

A Mycus Neptuni & Melies filius Bebryciae rex. In huius regna qui uenerat, cæstis cogebat secum contendere, & deuictos perdebat. Hic cum Argonautas prouocasset ad cæstus, Pollux cum eo contendit, & eum interfecit.

XVIII. Lycus.

Lycus rex insulae Propontidis, Argonautas recepit hospitio, in honorem, eo quod Amycum interfecerat, quod eum saepe *inficiaretur. Argonautæ dum apud Lycum morantur & extra *uenatum exissent, Idmon ab auro per cussus interiit. In cuius dum diutius sepultura morantur, Iphis Phorbantis filius moritur, tunc Argonautæ Ancæo Neptuni filio nauē Argo gubernandā dederūt.

XIX. Phineus.

Phineus Agenoris filius Thrax, ex Cleopatra habuit filios duos. Hi à patre novercæ criminè excæcati sunt. Huic etiam Phineo Apollo augurium dicitur dedisse. Hic deorum consilia cum enunciatet ab Ioue est excæcatus: & apposuit ei Harpyas, quæ Iouis canes esse dicuntur, quæ escam ab ore eius auferrent. Huc cum Argonautæ deuenissent, & eum iter ut demonstraret, rogarent, dixit se demonstraturū, si eum poena liberarent. Tunc Zetes, & Calais Aquilonis uenti, & Oithyiae filii, qui pennas in capite & in pedibus habuisse dicuntur, Harpyas fugauerunt in insulas Strophadas, & Phineum poena liberatū. Quibus monstrauit quomodo Symplegadas transirent, ut columbam mitterent, quæ petræ cum concutissent, in recessu earum, illi tetto refugerent. Argonautæ beneficio Phinei Symplegadas transierunt. Videtur & hic locus corruptus esse, tale enim consilium Phinei fuit, ut columbam emitterent, quæ si salua per petras transijset, ipsi quoq; sequerentur, si inter transuolandum perijset, retro fugerent, cederentq; Deorum monitis.

XX. Scymhalides.

Argonautæ cum ad insulâ Diam uenissent, & uales ex pennis suis eos conficerent pro sagittis, cum multitudini auium resistere non possent, ex Phinei monitu clypeos & hastas sumperunt, ex more Cutetum sonitu eas fugarunt.

XXI. Phrixi filii.

Argonautæ cum per Cyaneas cautes, quæ dicuntur Petræ Symplegades intrassent mare quod dicitur Euxinum, et erratet, uolūtate Iunonis delati sunt ad insulam Diam. Ibi inuenierunt naufragos nudos atque inopes Phtixi & Chalciopes filios, Argum, Phrontiden, Melam, Cylindrum. Qui cum casus suos exposuissent Iasoni, se cum ad auum festinarét Athamanta ire, naufragio facto ibi esse electos, quos Iason receptos auxilio iuuit: qui Iasonem Colchos perduxerūt, per flu, men Thermoodonitem, & cum iam non longe essent à Colchis, iusserrunt nauem in occulto collocari, & uenerunt ad matrem Chalcyopem Medæ sororem, indicantq;

b 2 Iasonis

Iasonis beneficia, & cur uenisset. Tūc Chalciope de Medea indicat, perducitq' eam cum filiis suis ad Iasonem. Quę cum eum uidisset, agnouit quem in somnis adamauerat, Iu nonis impulsu, omniq' ei pollicetur, & perducunt eum ad templum.

XXII. Aeta.



Etæ Solis filio erat responsum, tam diu eum tegnum habiturum, quādū ea pellis quam Phrixus consecraverat in fano Martis esset. Itaq' Aeta Iasoni hanc *simultatem constituit, si uellet pellem auratam afferre, tauros q̄tipes qui flamas naribus spirabant, iungeret adamanteo iugo, & araret, dentes q̄ draconis ex galea seleret: ex quibus genis armatotum statim enascerentur & se mutuo interficeret. Iuno aut̄ Iasonem ob id semper uoluit seruatū quod cum ad flumen uenisset, uolens hominū mentes tentare, an um se simulauit, & rogauit ut se transferret. Cum cæteri qui transierant despexissent, ille transtulit eam: itaq' cum sciret Iasonem sine Medeæ consilio imperata perficere non posse, petit à Venere ut Medeæ amorem iniiceret. Iason à Medeæ Veneris impulsu amatus est, eius opera ab omni periculo liberatus est. Nam cum tauris arasset, & armati essent enati, Medeæ monitu lapidé inter eos abiecit: illi inter se pugnantes, alius aliū interfecerunt, draconem autem uenenis sopito, pellem de fano sustulit in patriam q̄ cum Medeæ est profectus.

XXIII. Absyrtus.



Eta ut resciit Medeā cum Iasonē profugisse, nauē cōparata misit Absyrtū filiū cum satellitibus armatis ad eam persequendam. Qui cum in Adriatico mari in Histria eam persecutus esset, ad Alcinouū tegem, & uellet armis contendere, Alcinous se inter eos interposuit, ne bellaret: quē iudicē sumiserunt, qui eos in posterum distulit. Qui cum tristior esset et interrogatus esset à coniuge Arete, quę causa esset tristis, dixit, se iudicem sumptum à duabus diuersis ciuitatibus, inter Colchos & Argiuos. Quę cum interrogaret Arete, quid nam esset iudicaturus, respondit Alcinous, Si uirgo fuerit Medeæ, parēti redditurum, sin aut̄ mulier, coniugi: hoc cum audiuit Arete à coniuge, mittit nuntium ad Iasonem, & is Medeam noctu in antro deuirginauit. Postero aut̄ die cum ad iudicium uenissent, & Medeā mulier esset in uéta, cōiugi est tradita, nihilominus cum profecti essent, Absyrtus timens patris præcepta, persecutus est eos in insulam Mineru, ibi cum sacrificaret Mineruæ Iason, & Absyrtus interuenisset, ab Iasonē est interfactus. Cuius corpus Medeā sepulturæ dedit, atq' inde profecti sunt. Colchi qui cum Absyrtu uenerat, timentes Aetam, illuc remanserunt, opidumq' condiderunt, quod ab Absyrti nomine Absorin appellatunt. Hæc autem insula posita est in Histria contra Pola, iuncta insula Cantæ.

XXIV. Iason PeliaDES.



Iason cum Peliaē patrui sui iussu tot pericula adisset, cogitare cœpit, quomo-
do eum sine suspicione interficeret, hoc Medeā se facturam pollicetur. Itaque cum iam longe à Colchis essent, nauē iussit in occulto collocari, & ipsa ad Peliaē filias pro sacerdote Dianæ uenit, eis pollicetur se patrem earum Pelian ex sene iuuenem facturam. Idq' Alcestis maior filia negauit fieri posse, Medeā quo facilius eam perduceret ad suam uoluntatem, caliginem eis obiecit, & ex uenenis multa mi-
abenum tacula fecit, quæ uerisimilia esse uiderentur, arietem q̄ uetulū in tæneū coniecit, unde agnus pulcherrimus prosiluisse uisus est, eodem q̄ modo unde PeliaDES, id est Alcestis, Pe-
lopia, Medusa, Isidoce, Hippothoē, Medeæ impulsu patrem suum occisum in aeneo co-
ixerunt: cum se deceptas esse uiderent, à patria profugerunt: at Iason signo à Medeā accep-
to regia est potitus. A Castoq' Peliaē filio fratri Peliadum, quod secum Colchos ierat, te-
gnum paternum tradidit, ipse cum Medeā Corinthum profectus est.

XXV. Medea.

Mermierum &
Pheretē Pausan.
in Corinth. uoc.

Medea Aetæ & Idyæ filia cum ex Iasonē iam filios + Marcerū & Feretum ptocreas-
set, summāq' concordia uiuerent, obiiciebat ei hominem tam fortē, ac fot-
mosum,

mosum, nobilēm, uxorē aduenam, atq; ueneficā habete. Huic Creon Menœci filius rex Corinthius filiam suā minorē † Glaucem dedit uxorem. Medea cum uidit se erga Iaso-
nem benemerentem, tanta cōtumelia esse affectam, coronā exuentis fecit auream, eamq; enim & postea
muneri iuslit filios suos nouercē dare. Creusa munere accepto cum Iasone & Creonte
cōflagravit. Medea ubi regiam ardore uidit, natos suos ex Iasone Marcketum & Feretum
interfecit, & profugit Corintho.

XXVI. Medea exul.

Medea Corintho exul, Athenas ad Aegeum Pandionis filium detenit in ho-
spitiū, eiq; nupsit. Ex eo natus est Medus: postea sacerdos Diana, Medea exas-
gitare cœpit, regi q; negabat sacra caste facere posse, eo quod in ea ciuitate
eslet mulier uenefica & scelerata, tunc iterum exulatur. Medea autem iunctis
draconibus, ab Athenis Colchos tedit, quæ in itinere Absoridem uenit, ubi statet Absy-
tus sepultus erat: Ibi Absoritani serpentium multitudini resistere non poterant. Medea
autem ab eis rogata, lectas eas in tumulum frattis coniecit, quæ adhuc ibi permanentes,
si qua autem extra tumulum, exit debitum naturæ persoluit.

XXVII. Medus.

Propterea Solis filio, fratri Aeetæ responsum fuit, ab Aeetæ progeniè morte cauere.
ad quem Medus dum matrem persequitur tempestate est dolatus, quem fa-
tellites compræhensum ad regem Persen perduxerunt. Medus Aegei & Me-
deæ filius, ut uidit se in inimici potestate uenisse, Hippoten Creontis filium
se esse mentitus est. Rex diligentius querit, & in custodiā eum coniici iussit, ubi sterili-
tas & penuria frugum dicitur fuisse. Quod Medea in curtu iunctis draconibus cum ue-
niasset, ex regi se sacerdotem Diana emētita esset, dixit sterilitatem se expiare posse. Et cum
à tege audisset Hippoten Creontis filium in custodia habeti, arbitrans eum patris ini-
gium exequi uenisse, ibiq; imprudens filium prodidit. Nam regi persuadet eum Hippo-
ten non esse, sed Medum Aegei filium, à matre missum ut regem interficeret, petitq; ut
interficiendus sibi traderetur, estimas Hippoten esse. Itaq; Medus cum productus esset, ut
mendacium morte puniretur, & illa aliter esse uidit, quam putauit, dixit se cum eo collo
qui uelle, atq; ensem ei tradidit, iussitq; aui sui iniurias exequi. Medus te auditæ Persen
interfecit, regnumq; auitum possedit, ex suo nomine terram Medea cognominauit.

XXVIII. Othos & Ephialtes.

Othos & Ephialtes Aloī & † Hiphimedes Neptuni filiæ filii, mira magnitudi-
ne dicuntur fuisse, hi singuli singulis mensibus nouem digitis crescabant.
Itaq; cum essent annorū nouem, in cœlum ascendere sunt cotati, qui aditū
sibi ita faciebant, montem enim Ossam super Pelion posuerūt, unde etiam pelius
† Pellion Ossa mons appellatur, aliosq; montes construebant, qui ab Apolline † nauci
sunt, interfecisti. Alii autem autores dicunt Neptuni & Hiphimedes filios fuisse * Atropos.
Hic cum Diana comprimere uoluissent, quæ cum non posset uitibus eorū resistere, Apol-
lo inter eos ceruā misit: quā illi futore incensi, dum uolūt iaculis interficeret, alias alium
interfecerunt. Qui ad inferos dicuntur hanc pœnam pati ad columnam, auersi alter ab
altero, serpentibus sunt deligati. Est styx inter columnā sedens ad quam sunt deligati.

XXIX. Alcumena.

AMphitryon cum abesset ad expugnandū † Oechaliā, Alcumena æstimans Io Aetolianā
uem cōiugē suū esse, eum thalamis recepit. Qui cum in thalamos uenisset,
& ei referret, quæ in † Oechalia gefisset, ea credens coniugē esse, cum eo cōcū-
buit, qui tam libēs cum ea cōcubuit, ut unū diē usurparet, duas noctes con-
gemminaret, ita ut Alcumena tam longā noctem ammitatetur. Postea cum nūtiaretur
ei, coniugem uictorē adesse, minime curauit, quod putabat se coniugē suū uidisse. Qui
cum Amphitryon in regiā intrasset, & eam uidetet negligentius securā, mitari cœpit &
queri, quod se aduenientem nō exceptisset: cui Alcumena respondit, iam p̄dē uenisti, &

mecum concubisti, & mihi narrasti quae in Oechalia gessisses. Quae cum signa omnia diceret, sensit Amphitryon numen aliquod fuisse pro se, ex qua die cum ea non concubuit. Quae ex Ioue compressa peperit Herculem.

XX. Herculis Athla duodecim ab Euristheo imperata.

*Apud Molochum
fortasse*



Nfans cum esset, Dracones duos duabus manibus necauit, quos Iuno misericordia, unde primigenius est dictus. Leonem Nemæum quem Luna nutriterat in antro Amphitrio ac tropum necauit. Cuius pellem pro tegumento habuit.

Hydram Letneam Typhonis filiam cum capitibus noue ad fontem Letneum interfecit. Hæc tantæ uim ueneni habuit, ut afflatus homines necaret, et si quis eam dormientem trasierat uestigia eius afflabatur, & malorum cruciatu moriebatur. Hanc, Minerua monstrante, interfecit, & exenterauit, & ex eius felle sagittas suas tinxit. Itaq; quicquid postea sagittis fixerat, morte non effugiebat, unde postea & ipse periiit. Aptum in Phrygia

Aly apud Eri/ †Erimachum occidit. Ceruum uelocem in Arcadia cum cornibus aureis uiuū in conspectum Euristhei regis adduxit. Aties Symphalides in insula Martis, quæ emissis pen

te Arcadiæ hoc. immisso maiorem partem Ioue adiutore, flumine † Ammisso totum stercus abluit. Taurum cum quo Pasiphaë cœcubuit, ex Creta insula Mycenæ uiuum adduxit. Diomedem regem Thraciæ & equos quatuor eius qui carne humana uescibatur cum Abdero famulo in

Podargus uel interfecit. Equorum autem nomina, †Podatius, Lampon, Xanthus, Dinus. Hippolyten Amazones zonam, Martis & Ottiræ reginæ filiam: cui reginæ Amazonis balteum detrahit, tum †An-

Hippolyten alij tiopam captiuam Theseo donavit. Getionem Chrysaoris filium, trimembrem, uno telo interfecit. Draconem immanem Typhonis filium, qui mala aurea Hespéridum seruare solitus erat ad montem Atlantem interfecit, et Euristheo regi mala attulit. Canem Cerberum Typhonis filium ab inferis regi in conspectum adduxit.

XXI. Paterga eiusdem.



Ntaurum tertæ filium in Libya occidit. Hic cogebat hospites secum luctari, & delassatos interficiebat, hunc luctando necauit. Busiridem in Aegypto qui hospites immolare solitus erat, huius legem cum audiit, passus est se cum insula ad aram adduci, Busiris autem eum uellet Deos impetrari, Hercules eum clava ac miristros factorum interfecit. Cygnum Martis filium armis superatum occidit, quo cum Mars uenisset & armis propter filium contumeliam tendere uellet cum eo, †Iouis inter eos fulmen misit, atq; ita eos distraxit. Cetum cui Hesione fuit apposita Troiæ occidit, Laomedontem patrem Hesionis, quod eam non reddebat, sagittis interfecit. †Aethonem aquilam quæ Prometheus cor exedebat, sagittis interfecit. Lycum Neptuni filium, quod Megaram Creontis filiam uxorem eius, & filios Theremachum, & Ophiten occidere uoluit, interfecit. Achelous fluuius in omnes figuratas se immutabat. Hic cum Hercule propter Deianiræ coniugium cum pugnaret, in tumultu se conuertit, cui Hercules cornu detrahit, quod cornu Hesperidibus siue nymphis donauit. Quod Deæ pomis teplérunt, & cornu copiae appellauit. Neleum Hippocoontis filium cum decem filiis occidit, quoniā is eum purgare siue lustrate uoluit, tunc cum Megaram Creontis filiam uxorem suam, & filios Theremachum, & Ophiten interfecerat. Eustytum quod Iolem filiam eius in coniugiū petuit, & ille eum repudiauit, occidit. Centaurum Nessum quod Deianiram uiolare uoluit, occidit. Eurytionem centaurum quod Deianiram Dexamenis filiam speratam suam uxorem petuit, occidit.

XXII. Megara.



Hercules cum ad canem tricipitem esset missus ab Euristheo rege, & Lycus Neptuni filius putasset eum periisse, Megaram Creontis filiam uxorem eius & filios Theremachum & Ophiten interficere uoluit, & regnum occupante, Hercules eō interuenit, & Lycum interfecit: postea ab Iunone insania obiecta, Megaram & filios Theremachum & Ophiten interfecit. Postquam

fuxæ

sua mentis compos est factus, ab Apolline petiit dari sibi responsum quomodo scelus purgaret. Cui Apollo sortem quod reddere noluit, Hercules iratus de fano eius tripodem sustulit, quem postea Iouis iussu reddidit, & nolentem sortem date iussit. Hercules ob id à Mercurio Omphalæ reginæ in seruitutem datus est.

XXXIII. Centauri.

HErcules cum in hospitium ad Dexamenum regem uenisset, eiusq' filiam Deianiram deuirginasset, fidemq' dedisset se eam uxorem ducturū, post discessum eius Eutyton Ixionis & Nubis filius centaurus petit Deianiram uxorem: cuius pater uim timens, pollicitus est se daturum, die constituto uenit cum fratribus ad nuptias. Hercules interuenit, & Centaurū interfecit, suam speratam abduxit. Item aliis in nuptiis Petythous Hippodamiam Adrasti filiam cum uxore duceret, uino pleni, centauri conati sunt rapere uxores Lapithis, eos centauri multos interfecerunt, ab * ipsis interierunt.

XXXIV. Nessus.

Nessus Ixionis & Nubis filius Cetauros rogatus ab Deianira ut se flumen Euhenum transferret, quam sublatā, in flumine ipso uiolare uoluit. Hoc Hercules cum interuenisset & Deianita cum fidem eius implorasset, Nessum sagittis cōfixit. Ille moriēt cum sciret sagittas Hydrę Lerneę felle tinatas quam tam uim haberent ueneni, sanguinem suum exceptum Deianirę dedit, & id philtrum esse dixit, si uellet ne se coniunx sperneret, eo iubet uestem eius perungi. Id Deianira credens, conditum diligenter seruauit.

XXXV. Iole.

HErcules cum Iolen Euryti filiam in coniugium petiisset, ille eum repudiasset, Oechalam expugnauit. Qui ut à uirgine togatur, parentes eius cotam ea interficere uelle cœpit. Illa animo pertinacior, parentes suos ante se necari est perpesta, quos omnes cum interfecisset, Iolen captiuam ad Deianiram præmisit.

XXXVI. Deianira.

DEianira Oenei filia Herculis uxor, cum uidit Iolen uirginē captiuam existimare formae esse adductam, uerita est ne se coniugio priuaret. Itaq; memor Nessi præceptis, uestem tinctam centauri sanguine, Heteuli qui ferret, nomine Lichan famulum misit, inde paululum quod in terram deciderat, & id sol attigit, ardere cœpit, quod cum Deianira uidit, aliter esse ac Nessus dixerat intellexit, & qui reuocaret eum, cui uestem dederat, misit. Quā Hercules iam induerat, statimq' flagrare cœpit. Qui cum se in flumen conieciisset, ut ardorem extingueret, maior flamma exibat. Demere autem cum uellet uiscera sequebantur. Tunc Hercules Lichan qui uestem attulerat totatum in mare iaculatus est, qui quo loco cecidit petra nata est, quæ Lichas appellatur. Tunc dicitur Philoctetes Pœantis filius pyram in monte Oeteo construxisse Herculi, eumq' ascendisse + mortalitatem. Ob id beneficium Philocteti Hercules arcus et sagittas donauit. Deianira aut ob factum Herculis ipsa se interfecit.

Et exiisse fortasse aut simile quid deest

XXXVII. Aethra.

Aeptunus & Egeus Pandionis filius in fano Mineruæ cum Aethra Pithei filia una nocte concubuerunt. Neptunus quod ex ea natu esset Egeo cōcessit. Is aut postq; à Trœzene Athenas redibat, ensem suū sub lapide posuit, & precepit Aethra, ut tunc eum ad se mitteret, cum posset eum lapide alleuare, & gladiū patris tollere, ibi fore indicū cognitionis filii. Itaq; postea Aethra peperit Theseum. Qui cum ad puberē ætate peruenisset, mater præcepta Aegei indicat ei, lapidemq' ostendit ut ensem tolleret, & iubet eum Athenas ad Egeum profici, * eosq; omnes qui itineri infestabantur, omnes occidit.

Videtur nonnulli bil deesse

XXXVIII. Thesei labores.

Cotinetem Neptuni filium armis occidit, Pithyocamten qui iter gradientes, co**b 4** gebat

gebat ut secum arborem pinum ad terram flecterent, quam qui cum eo prenderat ille eam uitibus missam faciebat, ita ad terram grauiter elidebat, & peribat: hunc interfecit. Procrusten Neptuni filium, ad hunc hospes cum uenisset, si longior erat, minori lecto proposito, reliquam corporis partem præcidebat, si autem breuior statura erat, lecto longiori dato, incudibus suppositis extendebat eum, usq; dum lecti longitudinem æquater, hunc interfecit. Scitonem, qui ad mare loco quodam prærupto sedebat, & qui iter gradiebatur, cogebat eum sibi pedes lauare, & ita in mare præcipitabat, huc Theseus pari lato in mare deiecit, ex quo Scitonis petræ sunt dictæ. Cercione Vulcani filium armis occidit. Aprum qui fuit Cremoniæ, interfecit. Taurum qui fuit Marathone, quem Hercules à Creta ad Eutistheum adduxerat, occidit. Minotauro oppido Gnoi occidit.

XXIX. Dædalus.

Eupalamini alij **D**Aedalus + Euphemus filius, qui fabrica à Minerua dicitur accepisse, Perdicæ sororis suæ filium propter artificii inuidiam, quod is primū ferram inuenerat, summo tecto deiecit, ob id scelus in exilium ab Athenis, Cretam ad regem Minoem abiit.

XL. Pasiphaë.

Pasiphaë **P**Asiphe Solis filia, uxor Minois, sacra Deæ Veneris per aliquot annos non fecerat, ob id Venus amorem infandū illi obiecit, ut taurum, quem ipsa amat, alia amat. * In hoc Dædalus exul cum uenisset, petuit ab ea auxilium, is ei uaccam ligneam fecit, & ueræ uaccæ corium induxit, in qua illa cum tauru concubuit, ex quo cōpresso, Minotauro peperit, capite bubulo, parte inferiore humana, tunc Dædalus Minotauro Labyrinthum inextricabili exitu fecit, in quo est conclusus. Minos te cognita, Dædalum in custodiam cōiecit. At Pasiphe eum uinculis libertauit. Itaq; Dædalus pénas sibi & Icaro filio suo fecit, & accommodauit, & inde auolarunt. Icarus altius uolans, à sole cera calefacta, decidit in mare, quod ex eo Icarium Pelagus est appellatum. Dædalus peruolauit ad regem Cocalum in insulam Siciliam, alii dicunt, Theseus cum Minotauro occidit, Dædalum Athenas in patriam suam reduxit.

XL I. Minos.

Minos Iouis & Europæ filius, cum Atheniensibus belligeravit, cuius filius Androgeus in pugna est occisus, qui posteaquā Atheniensis uicit, nectigal Minois esse cœperūt. Instituit autem ut annuno quoque septenos liberos suos Minotauro ad epulandum mitterent, Theseus posteaq; à Trozene uenaret, & audiit quāta calamitate ciuitas afficeretur, uoluntarie se ad Minotauro pollicitus est ire. Quem patet cum mitteret, prædixit ei ut si uictor reuertetur, uela candida intiuens habet. Qui autem ad Minotauro mittebantur, uelis attris nauigabant.

XL II. Theseus apud Minotauro.

THeseus posteaquā Cretam uenit, ab Ariadne Minois filia est adamatus, adeo ut fratrem prodiceret, & hospitem seruat: ea enim Theseo monstrauit Labyrinthi exitum. Quod Theseus cum introisset, & Minotauro interfecisset, Ariadnes monitu licium reuoluendo, foras est egressus, eamque, quod fidem illi dederat, in coniugio secum habiturus, auexit.

XL III. Ariadnes.

THeseus in insula Dia tempestate tetenus, cogitans si Ariadnem in patriam portasset, sibi opprobium futurum, itaque in insula Dia dormientem reliquit, quam Libet amans inde sibi in coniugium abduxit. Theseus autem cum nauigaret, oblitus est uela atra mutare, itaque Aegeus pater eius credens Theseum à Minotauro esse consuuptum, in mare se præcipitauit, ex quo Aegeum pelagus est dictum, Ariadnes autem soror Phedra, Theseus duxit in coniugium.

XL IV. Cocalus.


MInos quod Dædali opera multa sibi incommoda acciderant, in Siciliam est eum persequutus, petuitque à rege Cocalo ut sibi redderetur, Cui cum Cocalus promisisset,

lisset, & Dædalus tescisset, ab regis filiabus auxilium petuit, ille Minoem occiderunt.

X L V . Philomela.


 Ereus Martis filius Thrax, cum Prognen Pandionis filia in coniugio habet, Athenas ad Pandionem sacerum uenit rogatu ut Philomelam alteram filiam sibi in coniugium daret, Prognen suum diem obisse dicit. Pandion ei ueniam dedit, Philomelamque & custodes cum ea misit, quos Tereus in mare iecit, Philomela in uitam in monte compressit. Postquam autem in Thraciam tedit, Philomelam mandat ad Lynceum regem, cuius uxor Læthus quod Progne fuit familiaris, statim pellicem ad eam deduxit. Progne cognita sorore, & Terei impium facinus, pari consilio machinari coepit regi talem gratiam referre. Interim Tereo ostendebatur in prodigiis, Ity filio eius morte a propinqua manu adesse: quo responsu audito, cum arbitraretur Driantem fratrem suum filio suo morte machinati, fratrem Driantem insontem occidit. Progne autem filium Itym ex se & Tereo natum, occidit, patrum in epulis apposuit, & cum sorore profugit. Tereus, facinore cognito, fugientes cum insequeretur, Deorum misericordia factum est, ut Progne in hitundinem commutaretur, Philomela in Lusciniam, Tereum autem accipitrem factum dicunt.

X L VI . Erichtheus.


 Richtheus Pandionis filius, habuit filias quatuor, quae inter se coniugarunt si una earum mortem obiisset, ceterae se interficerent. In eo tempore Eumolpus Neptuni filius, Athenas uenit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret. Is uictus cum exercitu, cum esset ab Atheniensibus interfactus, Neptunus ne filii sui morte Erichtheus laetaretur, expostulauit, ut eius filia Neptuno immolaretur. Itaque Otionia filia cum esset immolata, ceterae, fide data, se ipsae interfecerunt. Ipse Erichtheus ab Ioue, Neptuni rogatu, fulmine est iactus.

Hanc infra Cophoniā vocat

X L VII . Hippolytus.

 Hedra Minois filia, Thesei uxor, Hippolytu priuignū suū adatmauit. Quem cum non potuisset ad suam perducere uoluntatē, tabellas scriptas ad suum uitum misit, se ab Hippolyto compressam esse, sequi ipsa suspendio necauit, et Theseus te audita, filium suum manibus excidere iussit, & optauit a Neptuno patre filio suo + exitum. Itaque cum Hippolytus equis iunctis uehernetur, repente è matutino apparuit, cuias mugitu equi expauefacti, Hippolytu distracterunt, uitaque priuatū.

X L VIII . Reges Atheniensium.

 Cœrops Tettæ filius, Cephalus + Deiones filius. Agoreus Pandionis filius. Pandion Erechthonii filius. Theseus Aegei filius, Erychthonius Vulcani filius, Erichtheus Pandionis filius, + Demophon Thesei filius.

Deionei

Demophon

X L IX . Aesculapius.


 Esculapius Apollinis filius, Glauco Minois filio uitam reddidisse, siue Hippolyto dicitur, quem Iuppiter ob id fulmine percussit. Apollo quod Ioui nocere non potuit, eos qui fulmina fecerunt, id est, Cyclopes interfecit. Quod ob factum Apollo datus est in seruitutem Admeto regi Thessaliae.

L. Admetus.

 Alcestim Pelei filiam cum complures in coniugium peterent, & Pelias cum multos eorum repudiatet, + simultatem his constituit, ei se daturum, qui feras bestias ad currū iunxit. Is quā uellet auerheret. Itaque Admetus ab Apollo petuit, ut se adiuuaret, Apollo cum ab eo esset liberaliter tractatus, cum in seruitū fuit ei traditus, aptū & leonē ei iumentos tradidit, quibus ille Alcestim in coniugium auexit.

Simultatem pro certamine accipit, ut & infra Fortasse legendum est ijs, quod uellet, auerheretur

L I . Alcestis.

 Alcestim Peliae & Anaxobies Dimantis filiae filiam complures proci petebant in coniugium, Pelias uitans eorum conditiones, repudiauit, & simultatem constituit ei se daturum qui feras bestias ad currum iunxit, & Alcestim in coniugio aue-

xisset.

xisset. Itaque Admetus ab Apolline petiit ut se adiuaret, Apollo autem quod ab eo in seruitatem liberaliter esset acceptus, aptum & leonem ei iunctos tradidit, quibus ille Alcestim auexit. Et illud ab Apolline accepit, ut pro se alius uoluntarie moretetur, pro quo quū neq; pater, neq; mater mori uoluissent, uxor se Alcestis obtulit, & pro eo uicaria morte interierit, quam postea Hercules ab inferis reuocauit.

LII. Aegina.

Oenonen
Vbi fortassis uel
quo loco



Vpiter cum Aeginam Asopi filiam uellet comprimere & Iunonem uerentur, detulit eam in insulā Delon, & grauidam fecit, unde natus est Aeacus. Hoc Iuno cum rescisset, serpentem in aquam misit, quæ eam uenenuit ex qua qui biberat debitum naturæ soluebat. *Quod cum amissis sociis Aeacus præ paucitate hominum morati non posset, formicas intuens, petiit ab Ioue ut homines in præsidio * sibi daret, tunc Iuppiter formicas in homines transfigurauit, qui Myrmidones sunt appellati, quod græce formicæ myrmices dicuntur. Insula autem Aeginæ nomen possedit.

LIII. Asterie.

Pro Iuppiter ut
et in sequentibus
Ortygem
Euse



Ouis † cum Asterien Titanis filiam amaret, illa eum contempserit, à quo in auem † Ortygiam cōmutata est, quam nos coturnicem dicimus, †teamq; in mare abiecit, & ex ea insula estenata, quæ Ortygia est appellata. Hęc mobilis fuit: quò postea Latona ab Aquilone uento delata est, iussu Iouis, tunc cum eam Python persequeretur, ibiq; oleam tenens Latona peperit Apollinem & Dianam. Quæ insula postea Delos est appellata.

LIV. Thetis.

Hetidi Neteidi fatum fuit, qui ex ea natus esset fortiorēm forte quam patrem. Hoc preter Prometheus cum sciret nemo, & Ioue uellet cum ea concubere, Prometheus Ioui pollicetur se eum præmoniturum, si se uinculis libertasset. Itaq; fide data, monet Iouem ne cum Thetide cōcumberet, ne si fortior nasceretur, Iouem de regno deiiceret, quemadmodum & ipse Saturno fecerat. Itaq; datur Thetis in coniugium Peleo Aeaci filio, & mittitur Hercules ut aquilam interficiat, quæ eius cor exedebat: eaq; imperfecta Prometheus post triginta annos de monte Caucaso est solutus.

LV. Tytius.

Thrasius



Atona quod cum Ioue concubuerat, Iuno Tytio Terra filio immani magnitudine iuferat ut Latone uim affret, qui cum conatus esset, à Ioue fulmine est interfactus, qui nouē iugib; ad inferos exportectus iacere dicitur, & serpēs ei appositus est, qui iecur eius exesset, *quod cū Luna tecrescit.

LVI. Busiris.

Eobaten



N Aegypto apud Busiridem Neptuni filium cum esset sterilitas, & Aegyptus annis nouem, siccitate exaruisset, ex Græcia augures cōuocauit, †Thrasius Pigmalionis fratri filius Busiridi monstrauit, immolato hospite uenturos imbres, promissisq; fidem ipse immolatus exhibuit.

LVII. Sthenoboëa.

Lege Aleios



Ellerophon, cum ad Proctum regem exul in hospitium uenisset, adamatus est ab uxore eius Sthenoboëa: qui cum cōcumberet cum eaq; noluisset, illa uito suo mentita est, se ab eo compellatam. At Proetus te audita, conscripsit tabellas de ea re, & mittit eum ad † Diobaten regem, patrē Sthenoboëæ, quibus lectis talem uitum interficere noluit, sed ad Chimeram eum interficiendum misit, quæ tripartito ore, flammarum spitare dicebatur. idem prima leo, postrema draco, media ipsa chimera: hanc super Pegasum sedens, interfecit: & decidisse dicitur in campos † alienos, unde etiam coxas eiecisse dicitur. At rex uitutes eius laudans, alteram filiam dedit ei in matrimonium, Sthenoboëa ne audita ipsa se interfecit,

Smyrna

L V I I I . Smyrna.

Smyrna Cinyre Affytorum regis, & Cenchreidis filia, cuius mater Cenchreis superbius locuta, quod filiae suae formam Veneti anteposuerat: Venus matris pœnas exequens, Smyrnæ infandum amorem obiecit, adeo ut patrem suum amaret: quæ ne suspendio se necaret, nutrix interuenit, & patre nesciente per nutricem cum eo concubuit, ex quo concepit: idq; ne palam fieret, pudore stimulata, in sylvis se abdidit, cui Venus postea miserta est, & in specie arboris eam comutauit, unde myrra fluit, ex qua natus est Adonis, qui matis pœnas à Venere est insecurus.

L V I I I I . Phyllis.

Demophoon Thesæi filius in Thraciam ad Phyllidem in hospitium dicitur uenisse, & ab ea esse amatus. Qui cum in patriam uellet redire, fidem ei dedidit se ad eam reditum. Qui die constituta cum non uenisset, illa eo die dicitur nouies ad littus cucuruisse, quod ex ea Enneados græce appellatur. Phyllis autem ob desiderium Demophoontis spiritum emisit. Cui parétes cum sepulchrum constituisserunt arbores ibi sunt natae, quæ certo tempore Phyllidis mortem lugēt, quo folia arescant & diffluant. Cuius ex nomine folia græce Phylla sunt appellata.

L X . Sisyphus & Salmoneus.

Sisyphus et Salmoneus Aeoli filii inter se inimici fuete, Sisyphus petuit ab Aeolline quomodo posset interficere inimicum, id est fratre. Cui respōsum fuit, si ex compressa Tyronis Salmonei fratris filiae procreasset liberos, fore ultores: quod cum Sisyphus fecisset, duo sunt filii nati: quos Tyro mater eorum, sorte audita, necauit. At Sisyphus ut resciit, *qui nunc dicitur saxum propter impietas videtur deesse tem, aduersus montem ad inferos cetericibus uoluere, quod cum ad summū uerticem aliquid perduxerit, cursum deorsum post se reuoluatur.

L X I . Salmoneus.

Salmoneus Aeoli filius, Sisyphi frater, cum tonitrua & fulmina imitaretur Iouis, tse Et ascensus uero detur legēdū esse dens quadrigam faces ardentes in populum mitteret, & ciues, ob id à Ioue fulmine est iactus.

L X I I . Ixion.

Ixion + Leontei filius, conatus est Iunonem comprimere, Iuno Iouis iussu phlegyæ aliud nubem supposuit, quam Ixion Iunonis simulachrum esse credidit, ex ea nati sunt Centauri. At Mercurius Iouis iussu, Ixionem ad inferos in tota confinxit, quæ ibi adhuc dicitur uerti.

L X I I I . Danaë.

DAnaë Actisii & Aganippes filia, huic fuit fatum ut quod peperisset, Actisium interficeret. Quod timens Actisius eam in muro lapideo præclusit. Iouis autem in imbrem aureum conuertsus, cum Danaë coucubuit, ex quo compressu natus est Perseus. Quam pater ob stuprum, inclusam in arca cum Perseo in mare deiecit. Ea uoluntate Iouis delata est in insulam Seriphum, quam piscator Dictys cum inuenisset, effracta, uidit mulierem cum infante, quos ad regem Polydectem perduxit, qui eam in coniugio habuit, & Perseū educauit in templo Minerue: quod cum Actisius resciisset eos ad Polydectem morari, repetitum eos profectus est, + quod cum uenisset, Polydectes pro eis deprecatus est, Perseus Actisio auo suo fidē dedit, se eum nunquam interfectum. Qui cum tempestate tetinetetur Polydectes moritur. Cui cum funebres ludos facerent, Perseus disco missō, quem uentus distulit in caput Actisii, & eum interfecit, ita quod uoluntate sua noluit, deorum, factū est. Sepulto auteo, Argos profectus est, regnāque auita possedit.

Cassiope

LXIII. Andromada.

abducere
videtur deesse,
ubi uel postquam
uel simile



Astrope filiae suae Andromadæ, formam Nereidibus anteposuit, ob id Neptune expostulauit ut Andromada Cephei filia ceto obicietur. Quæ cum esset obiecta, Perseus, Mercurii talatibus uolans eò dicitur uenisse, & eam liberasse à periculo. Quam cum adducere uellet Cepheus, pater cum Agenore, cuius sponsa fuit, Perseum clam interficere uoluerunt. Ille cognita te, caput Gorgonis ei ostendit, omnesq' ab humana spetie sunt informati in saxum. Perseus cum Andromada in pattiam redit. Polydectes siue Proetus t' uidit Perseum tantam uitutem habere, pertimuit, eumq' per dolum interficere uoluit. Qua te cognita Perseus, caput Gorgonis ei ostendit, & is ab humana spetie est immutatus in lapidem.

LXV. Alcyone.



Eyx Hesperi siue Luciferi & Philonidis filius, cum in naufragio periisset, Alcyone Aeoli & Egyales filia, uxor eius, propter amorem ipsa se in mare præcipitauit: qui deorum misericordia ambo in aues sunt mutati, quæ Alcyones dicuntur: hæ aues nidum, oua, pullos in mari septem diebus faciunt hyberno tempore: mare his diebus tranquillum est, quos dies nautæ Alcyonia appellant.

LXVI. Laius.

*al. Menœtij
Natum aut simile
le quid uidetur
deesse*



Aio Labdacis filio ab Apolline erat responsum de filii sui manu, mortem ueteret. Itaque Iocasta t' Menyci filia uxor eius, cum peperisset iussit exponi, hunc Petibœa Polybi regis uxor cum uestem ad mare lauaret, expositum sustulit, Polybo sciente, quod orbi erant libertis, pro suo educauerunt, eumq' quod pedes transiectos haberet Oedipum nominauerunt.

LXVII. Oedipus.

*Deesse aliquid
uidetur*
al. Menœtij



Ostquam Oedipus Lai & Iocastes filius ad puberem ætatem peruenit, fortissimus præter cæteros erat: eiq' per inuidiam æquales obiciebant, eum subditum esse Polybo, eo quod Polybus tam clemens esset, & ille impudens: quod Oedipus sensit non falso sibi obici. Itaq' Delphos est profectus scisciatu' detin prodigiis ostendebat morte ei adesse de nati manu, idem cum Delphos iret, obuiam ei Oedipus uenit, quæ satellites cum uiam regi dari iubet, neglexit. Rex equos immisit, & tota pedem eius opprescit. Oedipus iratus, inscius patrem suum de curru detrahit, & occidit. Laio occiso, Creon t' Menyci filius regnum occupauit, Interim Sphinx Typhonis in Boeotiam est missa, quæ agros Thebanorū uexabat. Ea regi Creonti similitatem constituit, si Carmen quod posuisset aliquis interpretatus esset, se inde abire: si autem datum Carmen nō soluisset, eum se consumpturam dixit, neq' aliter de finibus excessu' ram. Rex te audita, per Græciam edixit, qui t' Sphingæ Carmen soluisset, regnū se & Iocasten sororē ei in coniugium daturū promisit: cum plutes regni cupidine uenissent, & à Sphinge essent, cōsumpti, Oedipus Lai filius uenit & carmen est interpretatus. Illa se præcipitauit, Oedipus regnum paternum, & Iocastam matrem inscius accepit uxorem, ex qua procreauit Ertheoden & Polynicen, Antigonam, & Ismenam. Interim Thebis sterilitas frugum & penuria incidit, ob Oedipodis scelerā, interrogatusq' Tiresias quid ita Thebæ uexaretur, respondit. Si quis ex Draconteo genere supereasset, et pro patria interiasset, pestilentia liberaturū: tum t' Menycus Iocastę pater se de muris præcipitauit. Dum hæc Thebis geruntur, Corintho Polybus decedit, quo auditio Oedipus moleste ferre coepit, testimās patrē suū obisse, cui Petibœa de eius suppositione palam fecit: id Itemales senex qui eum exposuerat, ex pedum cicatricibus & taloru' agnouit Lai filium esse.

Oedipus te audita, postquam uidit se tot scelerā nefaria fecisse, ex ueste matri fibulas detrahit, & se luminibus priuauit, regnumq' filii suis alternis annis tradidit, & à Thebis Antigona filia duce profugit.

Polynices

L X V I I I . Polynices.

Polynices Oedipodis filius, anno peracto, regnum ab Etheocle fratre reperit. Ille cedere noluit, itaque Polynices, Adrasto rege adiuuante, cum septem ductoribus Thebas oppugnatum uenit, ibi Capaneus, quod contra Iouis voluntatem Thebas se capturum diceret, cum murum ascenderet, fulmine est percussus: Amphiaraus terra est deuoratus: Etheocles & Polynices inter se pugnantes alius alium interfecerunt. His cum Thebis parentaretur, et si trentus uehemens esset, tamen fumus se nunquam in unam partem conuertit, sed alius alio seducitur. Cæteri cum Thebas oppugnarent, & Thebani regibus suis diffiderent, Titesias ^{Eurimi ita, in} Eu-
ti filius augur premonuit, si ex Dracontea progenie aliquis interierisset, oppidum ea clausum ^{fra quoq;} de liberari. Menecus ^{Menœcius} cum uidit se unum ciuium salutem posse redimere, muto se præcipitauit, Thebani uictoria sunt potiti.

L X I X . Adrastus.

Adasto Talai & Eutynomes filio, tespōsum ab Apolline fuit, eum filias suas Argiam & Deiphilam apto & leoni datum in coniugium. Sub eodem tempore Polynices Oedipodis filius expulsus ab Etheocle fratre, ad Adrastū deuenit, & Tydeus simul Oenei & Peribœa captiua filius, à patre quod fratrem Menalippum in uenatione occiderat, fetè sub eodem tempore uenit. Quod cum satellites Adrasto nuntiasserint, duos iuuenies incognita ueste uenisse, unus enim aprinea pelle opertus, alter leonina. Tunc Adrastus memor sortium suarum, iubet eos ad se perduci, atque ita interrogauit, quid ita hoc cultu in regna sua tenuissent. Cui Polynices indicat se à Thebis uenisse, et iccirco setpellé leoninā operuisse, quod Hercules à Thebis genus duceret, & insignia gentis sua secum portaret. Tydeus autem dicit se Oenei filium esse, & à Calidone genus ducere, ideo pelle aprinea se opertum, significans aptum Calidoniū. Tunc tex responsū memor, Argiam maiorem dat Polynici, ex qua nascitur Thersander, Deiphilam minorem dat Tydeo, ex qua nascitur Diomedes, qui apud Troiam pugnat. At Polynices rogat Adrastum ut sibi exercitum cōmodaret, ad paternū regnum recuperandum à fratre, cui Adrastus non tantum exercitum dedit, sed etiam ipse cum aliis ducibus profectus est, quoniā Thebæ septē portis claudebātur. Amphion enim qui Thebas muro cinxit, septem filiarum nominē portas constituit. Hæ autem fuerunt Thera, Cleodoxe, Astynome, Astycratia, Chias, Oggygia, Chlotis.

L X X . Reges septem Thebas profecti.

Adрастus Talai filius ex Eutynome Iphiti filia, Argiuus. Polynices Oedipodis filius ex Iocasta Menetii filia, Thebanus. Tydeus Oenei filius ex Peribœa captiua, Calidonius. Amphiaraus Oeclei uel, ut alii autores dicunt, Apollinis ex Hypermeatra Thestii filia, Pylius. Capaneus Hipponeus filius ex Astynome Talai filia sorore Adrasti, Argitus. Hippomedon Neimachus filius ex Mythidice Talai filia sorore Adrasti, Argiuus. Parthenopaeus, Meleagri filius, ex Atalata Iasii filia, ex monte Partheno, Arcas. Hi omnes duces apud Thebas perierunt, præter Adrastum Talai filium, is enim equi beneficio erexitus est, qui postea filios eorum armatos ad Thebas expugnandas misit, ut iniurias paternas vindicarent, eo quod insepulti iacuerant Creontis iuſſu, qui Thebas occuparat, frattis Iocastes.

L X X I . Septem Epigoni, id est filii.

Egialeus Adrasti filius ex Demoanassa, Argiuus, hic solus perii ex septem qui exierant, quia pater exuperauerat, pro patre uicariam uitam dedit, ceteri sex uictores redierunt. Thersander Polynicis filius ex Argia Adrasti filia, Argiuus. Polydorus Hippomedonis filius, ex Euanippe Elati filia, Argiuus. Alcmaeon, Amphiaraei filius, ex Euriphyle Talai filia, Argiuus.

Thesimenes Patthenopei filius ex Climenē nymphā, Nylius.*

<sup>Pausanias uero
aliter de portis
Thebanis, que
uide in Beotia:</sup>

<sup>Vile tur deesse
non nihil</sup>

Polynices Oedipodis filius, anno peracto regnum ab Etheocle fratre Adrausto Talai filio adiutore repetit, cum septem ductoribus, & Thebas oppugnat. Ibi Adraustus beneficio equi profugit. Capaneus contra Iouis uoluntatem, Thebas se capturum dixit, & cum murum ascenderet, fulmine ab Ioue est percussus: Amphiaraus cum quadriga terra est deuoratus: Etheocles & Polynices inter se pugnantes, alius alium interfecerunt. His inferiae communes cum fiunt, Thebis fumus sepeatur, quod alius alium interficerunt, reliqui petierunt.

LXXIII. Antigona.

Creon Mencetii filius edixit, ne quis Polynicen aut qui unam uenerit, sepulta tradenter, quod patriam oppugnatum uenerint: Antigona soror & Argia coniunx, clam noctu Polynicis corpus sublatum, in eadem pyra, qua Etheocles sepultus est, imposuerunt, quae cum a custodibus deprehensae essent Argia profugit, Antigona ad regem est perducta, ille eam Haemoni filio, cuius sponsa fuerat dedit interficiendam. Haemon amore captus patris imperium neglexit, & Antigonam ad pastores demandauit, ementitusque est, se eam interficisse. Quae cum filium procreasset, & ad puberem aetatem uenisset, Thebas ad ludos uenit. Hunc Creon rex quod ex Dracontea genere omnes in corpore insigne habebat, cognouit. Cum Hercules pro Haemon deprecaretur, ut ei ignosceret, non impetravit. Haemon se & Antigonam coniugem interfecit. At Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in coniugium ex qua nati sunt Thetemachus, & Ophites.

LXXIV. Amphiaraus, Eriphyle, & Alcmæon.

Amphiaraus Oeclai & Hypermestrae Thestii filia filius augur, qui sciret si ad Thebas oppugnatum issent, se inde non teditum, itaque celavit se, conscientia Eriphyle coniuge sua Talai filia. Adraustus autem ut eum inuestigaret, monile aureum ex gemmis fecit, & muneri dedit sorori suæ Eriphylæ, quæ domini cupida, coniugem prodidit. Amphiaraus Alcmæoni filio suo præcepit, ut post suam mortem penas amitteret, qui postquam apud Thebas terra est deuoratus, Alcmæon memor patris præcepti Eriphylen matrem suam interfecit, quem postea sustituebat.

LXXV. Hypsipyle.

Septem ductores qui Thebas oppugnatum ibant, deuenerunt in Nemeam ubi Hypsipyle Thoantis filia in seruitute puerum Archemorum siue Ophiten Lyci regis filium, nutiebat. Cui responsum erat ne in terra puerum deponeret, antequam posset ambulare: ergo ductores septem qui Thebas ibat aquam querentes, deuenerunt ad Hypsipylem, eamque rogauerunt ut eis aquam demonstraret. Illa timens puerum in terram deponere, apium altissimum erat ad fontem in quo puerum depositum, quæ dum aquam eis tradit, draco fontis custos, puerum exedit. At draconem Adraustus & ceteri occiderunt, & Lycum pro Hypsipyle deprecati sunt, ludosque pueri funebres instituerunt, qui quinto quoque anno fiunt, in quibus uictores apiaciam coronam accipiunt.

LXXVI. Tiresias.

Ter Venerantes pro eo uideatur posuisse, à Veneri deducito uero, bo baculo percussisse, alias calcasse, ob id in mulieris figuram est cōuersus: postea monitus à sortibus, in eodem loco dracones cum calcasset, redit in prisinam spetiem. Eodem tempore inter Iouem & Junonem fuit iocosa alteratio quis magis de re uenerea uoluptatem caperet, masculus an feminina, de qua te Tiresiam iudicem sumpererunt, qui utrumque erat expertus. Is cum secundum Iouem iudicasset, Juno irata manu auersa eum excœauit, at Iouis ob id fecit ut septem gates uiueret, uatesque præter ceteros mortales essent.

Cadmus

L X X V I . Reges Thebanorum.

CAdmus Agenoris filius, Amphion Iouis, Polydorus Cadimi, Laius Labdacis, Pentheus Echionis, Creon Menetii, Oedipus Lai, Polynices Oedipi, Lycus Neptuni, Etheocles Oedipi, Zetus Iouis, Labdacus Polydori.

L X X V I I . Leda.

IUpiter Ledam Thestii filiam, in cygnū conuersus, ad flumen Eutotam cōptessit, & ex eo peperit Pollucem & Helenam, ex Tyndareo aut Castorem & Clytemnestram.

L X X V I I I . Tyndareus.

Tyndareus Oebali filius, ex Leda Thestii filia procreauit Clytemnestram & Helenam. Clytemnestram Agamemnoni Atrei filio dedit in coniugium. Helenam propter formae dignitatem, complutes ex ciuitatibus * in coniugium proci petebant. Tyndareus cum * repudiatet filiam suam Clytemnestram, ab Agamēnone ueretur timerec̄ q̄, ne quid ex ea re discordiae nasceretur, monitus ab Vlyxe, iuteirando se obligauit, & arbitrio Helenæ posuit, ut cui uellet nubere, coronā impōneret, & Menelao imposuit, ut cui Tyndareus eam dedit uxore, regnūq̄ motiē Mene lao tradidit.

L X X I X . Helena.

Hesucus Aegei & Aethræ Pithei filiæ filius, cum Pirithoo Ixionis filio Helenam Tyndarei & Ledæ filiam virginem, de fano Dianæ sacrificante r̄ puerunt, & detulerunt Athenas in pagū Atticæ regionis. Quod Iouis eos cum uidiſſet tantam audaciam habere, ut se ipsi ad peticulum offertent, in quiete eis impetravit, ut peterent ambo à Plutone, Pitithoo Proserpinam in coniugium. Qui cum per insulam Tenaream ad inferos descendissent, & de qua te uenissent indicarent Plutoni, à futiis t̄stati diūq̄ lacerati sunt, quo Hercules ad canem trici pitem ducendum cum uenisset, illi fidem eius implorauit. Qui à Plutone impetravit, eos q̄ in columnes eduxit ad Helenā: Castor & Pollux fratres belligerarunt, & Aethrā Thelei māttē & * Phisadiē Pitithoi sotorem ceperunt, & in setuitutem sotori dederunt.

L X X X . Castor.

Idas & Lynceus Apharei filii, ex Messenis habuerūt sponsas Phœben & Laiam Leucippi filias. Hæ autem formosissimæ virgines cum essent, & esset Phœbe sacerdos Mineruæ, t̄ Laira Dianæ, Castor & Pollux amotæ incensi eas rapuerunt. Illi amissis sponsis, atma tuletūt, si possent eas recuperate, Castor Lynceum in prælio interfecit, Idas amissio fratre omisit bellum & sponsam, coepit fratrē sepelire. Cum ossa eius collocaret in pilâ, interuenit Castor & prohibere coepit monumentū fieri, quod diceret se eum quasi fœminā superasse, Idas indignans gladio quo cinctus erat Castori inguina traiecit. Alii dicunt quemadmodū ædificabat pilam, super Castorem impulisse & sic interfectum: quod cum annūciasset Polluci, accurrit & Idam uno prælio superauit, corpus q̄ fratri recuperatū sepulturæ dedit. Cum aut ipse stellam ab Ioue accepisset, & fratti non esset data, ideo quod diceret Iouis, Castorem semine Tyndarei & Clytemnestram natos: ipsum autem & Helenam Iouis esse filios. Tunc depeccatus Pollux ut licet ei munus suum cum fratre communicare, cui permisit, ideoq̄ dicitur alterna morte redemptus. Vnde etiam Rhotiani seruant institutum cum desultorem mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite, *equo in equum transilit, quod illé sua & frattis uice fungatur.

L X X X I . Proci Helenæ.

Ntiochus, Ascalaphus, Ajax Oilæus, Antimachus, Aeæus, Blanirus, * Argapenor, Ajax Telamonius, Clytius Cyanæus, Menelaus, Patroclus, Diomedes, Peneleus, Phemius, Nitæus, Polypoetes, Elephemor, Eumelus, Stenelus, Tlepolemus, Proteilaus, Podalitius, Eutipylus, Idomeneus, Te, leontes, Tallius, Polyxenus, Protus, Mnestheus, Machaon, Thoas, Vlyses, Phidippus, Metones, Meges, Philoctetes Aliauetetes, *

Quæ Menelao

Pro qua re
Iuppiter

prostrati

Thisadien, ut
infra uocat

lairam

lairas

Antilochus

Leontes
Thalpius
Prothous

LXXXII. Tantalus.

*Wasservogel, has
bet comment.
in Odyß. A
Taygeta alijs
aqua*



Antalus Iouis & Plytones filius procreauit ex Dionae Penelope. Iupiter Tantalo concedere sua consilia solitus erat, & ad epulum deorum admittere, quæ Tantalus ad homines tenuntiauit, ob id dicitur ad inferos in taquam media fine corporis stare, semper & sitire, & cum haustum aquæ uult sumere, rami uento moti recedunt. Item poma ei super caput pendent, quæ cum uult sumere, rami uento moti recedunt. Item saxum super caput eius inges pendent quod semper timet ne super se ruat.

LXXXIII. Pelops.



Elops Tantali & Diones Atlantis filiae filius, cum esset in epulis Deorum à Tantalo cæsus, brachium eius Ceres consumpsit, qui à deorum nomine uitam recepit, cui cum cætera membra ut fuerant coissent, humero non perpetuo, ebarneum eius loco Ceres aptauit.

LXXXIV. Oenomaus.



Oenomaus Martis & Asteropes filiae filius, habuit in coniugio Euateten Acrisii filiam, ex qua procreauit Hippodamiam virginem eximiae formæ, quam nulli ideo dabat in coniugium, quod sibi responsum fuit, à genero mortem cauere. Itaq; cum complures eam peterent in coniugium, simulatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset, uictor & existet, (quod is equos Aquilone uelociores habuit) uictus autem interficeretur. Multis interfectis, nouis simile Pelops Tantali filius cum uenisset, & capita humana superthalbas fixa uidisset, eorum qui Hippodamiam in uxorem petierant, pœnitere eum cœpit, regis crudelitatem timens. Itaq; Mytilo aurigæ eius persuasit, regnum & ei dimidium pollicetur, si se adiuuaret: fide data Mytilus currum iunxit, & clavos in rotas non coniecit: itaq; equis incitatis currum defectum Oenomai equi distraxerunt: Pelops cum Hippodamia & Mytilo domum uictor cum rediret, cogitauit sibi opprobrium futurum, & Mytilo fidem prestatæ noluit, eum & in mare præcipitauit, à quo Myrtoū pelagus est appellatū. Hippodamiam in patriam adduxit suam, quod Peloponnesum appellatur, ibi ex Hippodamia procreauit Hippalcum, *Atreum, Thiesten.

LXXXV. Chrysippus.

Aius Labdaci filius Chrysippum Pelopis filium natum propter formæ dignitatem Nemeæ ludis rapuit, quem ab eo Pelops bello recuperauit, hunc Atreus & Thiestes matris Hippodamiae impulsu interficerunt. Pelops cum Hippodamiam argueret ipsa se interfecit.

LXXXVI. Pelopidae.

Hiestes Pelopis & Hippodamiae filius, quod cum Aeropa Atrei uxore concubuit, à fratre Atreo de regno est electus. At is Atrei filium Plisthenem, quem pro suo educauerat, ad Atreum interficiendum misit, quem Atreus credens fratri filium esse, impudens filium suum occidit.

LXXXVII. Aegisthus.

Hiesti Pelopis & Hippodamiae filio responsum fuit, quem ex filia sua Pelopia procreasset, eum fratri forte ultore: quod cum audisset, *puer est natus, quem Pelopia exposuit, quem inuentum pastores capte subdiderunt, ad nutriendum, Aegisthus est appellatus, ideo quod græce capra æga appellatur.

LXXXVIII. Atreus.



Atreus Pelopis & Hippodamiae filius, cupiens à Thieste fratre suo iniurias exequi, in gratiam cum eo rediit, & in regnum suum eum reduxit, filios & eius infantes Tantulum & Plisthenem occidit, & epulis Thiesti apposuit, qui cum uesceretur, Atreus imperauit brachia et ora puerorum afferti, ob id scelus etiam sol currum auerit. Thiestes scelere nefario cognito,